



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 56. Andegavensis Episcopi querelæ ad Papam circa corruptam morum doctrinam, & Jansenianæ hæresis convitium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVI. interficerentur, ad cuius rei executionem
A. C. 1677. nem quinquaginta hominum millia in
 armis essent, atque ex Gallia decem
 armatorum millia, ex Hispania vero
 triginta millia partim Peregrini partim
 Fratres Laici præstituto tempore ad-
 venturi sint: insuper septuaginta Hiber-
 norum millia unacum Gallicis copiis
 clam in Hibernia (absdubio, nemine
 cogitante) convenirent, ac demum
 signo ex Anglia dato totam Insulam
 Ductoribus Tallbot Duce, ejusque
 Fratre Dublinensi Archiepiscopo ferro
 flammaque devastarent: Hæc præce-
 pta erant hujus calumniatoris men-
 dacia, ac somnia, quæ ex ipsa rela-
 tione falsitatis, ac turpissimi commenti
 notas produnt, duntaxat ab illis in
 hanc usque diem credita, quibus ad
 Catholicos vexandos atque eliminan-
 dos, calumniæ & quævis mendacia
 sufficiunt. Porro hujus commentitiæ
 conjurationis successum ac mala anno
 sequenti recensēbimus.

§. LVI.

*Andegavensis Episcopi querelæ ad Pa-
 pam circa corruptam morum do-
 ctrinam, & Jansenianæ hæ-
 resis convitium.*

Per

Percrebuit brevi per universum Orbem Sæc. XVII.

fama de singulari studio, quo In- A. C. 1677.

nocentius XI. Papa Romæ suam Cu-

riam, totamque Ecclesiam a morum *Vid. supra*

corruptelis expurgare adlaborabat; in- S. 29. p. 63.

de vero excitata Lovaniensis & Dua-

centis Facultas Theologica, cum fide-

lium mores ob corruptam laxamque

doctrinam indies magis ac magis de-

pravari cerneret, quam plurimas pro-

positiones moralem disciplinam corrum-

pentes censuris notavit, ac Christia-

num Lupum, Martinum Steyaert Ro-

mam ablegarunt, ut Innocentii XI. sen-

tentiam de censuris contra gratiæ ho-

stes dudum latis rogarent, quas Pon-

tifex omnino integras reliquit. Sub

idem quoque tempus Franciæ Episcopi,

& præcipue Andegavensis, Alestensis,

Atrebatensis & sancti Pontii apud In-

nocentium Papam depravatam Jesui-

tarum doctrinam moralem denuntia-

runt, insuper questi, quod eversa Cle-

mentis IX. Pace Episcopos laxiores do-

ctrinæ hostes tanquam Janseniana hæ-

resi infectos palam traducerent, atque

ab ipso Ludovico XIV. Rege editum,

ut vocant, Castri de Ninove extorquen-

tes (*) diffidia non ita pridem sopita

L 4

inno-

(*) Hujus edicti occasio erat Episcopus
Ande-

Sæc. XVI. innovarint, malorumque inde emer-
A. C. 1677. gentium nova caussa exstiterint, at-
 que ad honestandam suam agendi in-
 temperantiam du Chenium, & Vibertum
 Ecclesiasticos, aliosque, quibus juxta
 prudentem sacræ Sedis conniventiam
 limitata formulæ subscriptio ad tollen-
 das conscientix anxietates concessa fue-
 rat, de Janseniana hæresi accusarint.
 Hanc in rem Nicolaus Pavillonius Ale-
 stensis Episcopus ad Innocentium Pa-
 pam die trigesima Junii has dedit lita-
 ras: Beatissime Pater: Præstitum ab
 „humilitate nostra, Vestræ in Petri
 „Cathedram exaltationi gratulationis
 „ac devotionis officium benigne adeo
 „& peramanter excepit sanctitas Vestra
 „ut hoc ipso animatus majori cum fi-
 „ducia iterum ad illam de gravissimis
 „Ecclesiæ Gallicanæ malis, nec nisi ab
 „apo-

Andegavenfis quosdam suæ Diæcesis Clericos
 ut cum limitatione formulæ subscriberent,
 cogere moliebatur, hi autem instigantibus Je-
 suitis desuper querebantur, & Parisiensis Ar-
 chiepiscopus Regem eo adegit, ut anno prior
 edictum Campis de Ninove datum promulga-
 ret, vi ejus declaratum, quod in pacis Cle-
 mentinæ negotio facta concessio limitatæ sub-
 scriptionis duntaxat sit indulgentia erga quos-
 dam speciales personas, non autem quod uni-
 versim extendi posset.

„apostolica Autoritate & charitate sub-
 „levandis, scribere instituerim. Quid
 „epistolæ a pluribus hujusce Regni Epi-
 „scopis ad Sedem Apostolicam de per-
 „versis recentiorum Casuistarum dogma-
 „tibus destinatæ nuper acciderit, jam
 „credo, Beatissime Pater, Sanctitas
 „Vestra tum sui apud Christianissimum
 „Regem Nuntii relatione, tum aliorum
 „forte querelis inaudivit. Qua de re
 „pluribus hic agere minime opus fue-
 „rit, cum universam historiæ feriem
 „harum dator literarum auribus Ve-
 „stris referre poterit. Sane vulnus istud
 „Episcopali Dignitati inflictum, Bea-
 „tissime Pater, sentiet, & graviter no-
 „biscum feret Sanctitas Vestra omnium
 „Ecclesiarum sollicitudine anxia, & ad
 „Episcoporum voces eo propensius sese
 „inclinabit, quo eas indignissimis mo-
 „dis & artibus interclusas fuisse per-
 „spexerit. Nec vero alienis egebat hor-
 „tatoribus Beatitudo Vestra ad Ethicæ
 „Christianæ corruptores cohibendos.
 „Sat illam stimulat morum instituen-
 „dorum & disciplinæ in melius infor-
 „mandæ zelus a familiarissimis sibi
 „sacræ synodi Tridentinæ decretis, do-
 „mesticoque S. Caroli exemplo excita-
 „tus: Unde plane confidimus fore, ut
 „omnes illas doctrinæ corruptelas tanto
 „districtius configat, quanto eas a fau-

Sæc. XVII.
 A. C. 1677.

Sæc. XVII. „toribus audacius disseminari intellexe-
 A. C. 1677 „rit. Doloꝛe siquidem imo & indigna-
 „tione afficietur Sanctitas Vestra, Bea-
 „tissime Pater, in tantum illos Chri-
 „stianissimi Regis religioni obrepisse,
 „ut quæsitis coloribus nostrum de scri-
 „benda ad Sedem Apostolicam epistolæ
 „consilium crimini verterint, Episco-
 „posque, abrogato jam pridem contra
 „fas omne Provincialium synodorum
 „usu, etiam de rebus Ecclesiasticis in-
 „ter se communicandi, & ad Sedem
 „Apostolicam communi nomine refe-
 „rendi antiquo & præcipuo jure inter-
 „dicere tentaverint. Quod quid ali-
 „ud, Beatissime Pater, quam Bo-
 „clesiastici Regiminis a Christo Domi-
 „no instituti, & omnium retro sæculo-
 „rum usu comprobati formam pessum-
 „dare, unius per totum orbem Episco-
 „patus vinculum solvere, & ipsius, quo
 „Romana gaudet Ecclesia, primatus
 „jura convellere: Nova hæc, & huius-
 „usque apud nos inaudita, minus ta-
 „men quis fortasse mirabitur, si fre-
 „quentes & pene quotidianas in Bo-
 „clesiæ libertatem molitiones attende-
 „rit, quibus Aulici homines Ecclesiæ
 „sticæ disciplinæ & doctrinæ causas
 „sæcularibus Magistratibus ac Regiæ
 „potestati addicere conantur. . . . Jam
 „ad corrupta morum dogmata redeo
 „quo

„quod malum latius patet, & pleris-
 „que animabus adhuc nocentius est. Sæc. XVII.
A.C. 1677.
 „Huic curando, quantum ab initio
 „pontificatus studium Sanctitas Vestra
 „adhibuerit, universi norunt: quod ut
 „ipsa brevi assequeretur, nihil demum
 „utilius aut promptius occurrit, quam
 „ut præcipua laxioris Doctrinæ capita,
 „jam dudum a plerisque Ecclesiæ Gal-
 „licanæ præsulibus in famoso Casuista-
 „rum Apologista damnata, iterum ad
 „eorundem Episcoporum relationem a
 „Sede Apostolica solemniter decreto dam-
 „narentur. Id autem ut ad optatum
 „exitum, obsistentibus licet Casuisticæ
 „corruptelæ patronis, perducatur, op-
 „tamur vovemusque. Verum Beatif-
 „sime Pater rerum nostrarum experi-
 „mentis edoctus, & paterna Vestra be-
 „nignitate fretus ausim dicere, nihil
 „pene in damnandis Casuistarum er-
 „roribus operæ pretii fore, nisi eadem
 „Vestra Authoritate Jansenianæ hære-
 „seos phantasma, quo jam diu plurimi
 „in his partibus ludificantur, evane-
 „scat. Confidentius fortasse quis hoc
 „dictum existimaverit: verissimum ta-
 „men est Beatissime Pater, & nobis
 „res cominus intuentibus quotidiana
 „experientia certissimum, Apostolicas
 „constitutiones prædecessorum Vestro-
 „rum Innocentii X. & Alexandri VII.
 „sub-

Sæc. XVII.

A. C. 1677.

„submissa omnes plane mente accipiunt.
 „Nec ullus est, qui cum Ecclesia Ro-
 „mana & Catholica perverfos atque
 „hæreticos sensus in quinque propo-
 „sitionibus damnatis contentos non ex
 „animo damnet, quod prædictarum
 „Constitutionum præcipuum est caput.
 „& in ceteris etiam nemo est, qui il-
 „lis perpetuo Ecclesiæ usu debitam Re-
 „verentiam non præstet. Id quod probe
 „intellexit Clemens IX. Alexandri VII.
 „Successor, dum Galliæ Episcopis ac
 „Theologis jam diu vexatis pacem tan-
 „dem pro Apostolica Sapientia, & re-
 „quitate concessit. Verum Beatissime
 „Pater hujus tam optatæ pacis fructum
 „hactenus nobis invidit, & vanis arti-
 „bus subripuit pertinax adversariorum
 „factio, & imperitus ac præposterus
 „nonnullorum zelus. Jansenianæ siqui-
 „dem hæreseos nomen prorsus jam va-
 „num & inane summo studio retine-
 „runt, nec illis præsentius aut vali-
 „dius telum, quo se tueantur, & cujus
 „libet ordinis homines sibi adversantes
 „disturbent. Hac futili accusatione
 „sanctiorem quamque de moribus do-
 „ctrinam exsufflant, viros pietate at-
 „doctrina præstantes traducunt, atque
 „Ecclesiæ ministeriis submovent, non
 „Theologos modo, sed Episcopos po-
 „pulis suspectos efficiunt, pios eorum
 „labo-

„labores, & saluberrima instaurandæ Sæc. XVII.
 „disciplinæ consilia intervertunt, libros A. C. 1677.
 „informandis moribus aptissimos fide-
 „lium manibus excutiunt, omnem de-
 „nique instituendæ Christianorum vitæ,
 „& ad normam Evangelii componen-
 „dæ viam occludunt. Illud vero Bea-
 „tissime Pater summopere animadver-
 „tendum est, non solum hujus fictitiæ
 „hæreseos prætextu grassantem ubique
 „morum corruptelam foveri, sed fidei
 „quoque solidissima dogmata convelli.
 „Quis enim non doleat castissimam &
 „saluberrimam sanctorum Augustini &
 „Thomæ de gratuita Dei prædestina-
 „tione & gratia Christi ad singulos pie-
 „tatis actus necessaria, doctrinam sub
 „invidioso Janfenii nomine a plerisque
 „repudiari, & tanquam erroneam, &
 „hæreseos nota dignam in cathedris,
 „in pulpitis, in colloquiis traduci? ita
 „doctrina, quam a multis pontificibus
 „acriter assertam ac vindicatam hære-
 „ditario quasi jure Ecclesia possidet, ut
 „ajebat doctissimus Clemens Papa VIII.
 „passim hodie conculcatur. Ita dog-
 „mata, quæ inconcussa, tutissimaque
 „nuncupavit Alexander VII. temerario
 „ausu a multis impetuntur. „